

sint, id est, numquid ne contra objectum homicidium exceptiones oppositæ ita sint comparatæ, ut si probentur, reum à pœna mortis eximere queant. Etenim si hoc fuerit dubium, & ne pauper ob defecatum facultatum in jure suo periclitetur, utique ei subministrandi sunt sumtus ad deducendam suam innocentiam. (4) Ne tamen hic præcipitanter procedatur, *Judex in singulas homicidii circumstantias inquire, & summâ, quantum fieri poterit, diligentia singula facti seu causæ momenta pervestigare ; & quæ ita cognovit, bona fide in protocollo descripta ad superiorem Magistratum transmittere tenetur, & quid rescribatur, expectabit.*

Interea sumtus, qui ad actum Inquisitionis promovendum, & defensionem rei fortean requiruntur, ex publico suppeditabit : cum etiam in tali paupertatis casu & Advocatus gratis patrocinium præstare teneatur, isque ad hoc ex officio judicis adigi queat. Vida Gvidon. Papæ Decis. 561. Et ibi Anton. Matth. fol. 526. Cornel. Benicasius *Question. 7. in primo Speciali Judicis num. 9. pag. 744. 745. de Privileg. Paupert.*

ARTIC. CLV.

*Absentem damnatum, si in carcere in ex post facto
deveniat, audiendum esse.*

So einer in der Mordacht wäre/ in Gefängnis käme/
und seine Unschuld ausführen
wolle,

So einer in Gefängnis käme / der davor in die Mordacht erkant
wäre/ wie an etlichen Orten Gewohnheit / und in der Gefängnis
seine Entschuldigung/ wie in den vorgemeldten Articulis von den
Entschuldigungen gesetzt ist/ auszuführen sich erböte/ der soll/unangesehen/
dass er hievor in die Mordacht erkant wäre/ mit bestimmter Ausführung
zugelassen werden.

AD ARTIC. CLV.
ARGUMENTUM.

*Qui ob homicidium in pœnam banni declaratus postea capitur, & ex
carcere ad deducendam suam innocentiam sese offert, is, non obstante antea
facta proscriptione, ad illam defensionem admittendus est.*

D d d d 2

EXE-